HONOR LABOR VALOR

EX-LIBRIS

FRANCISCO DE LA GUERRA

M.323

MANUALITO

DE LAS MAS USUALES

BENDICIONES,

QUE SE ACOSTUMBRAN,

con experimentado provecho de sanos, y enfermos.

AÑADIDAS

Las Absoluciones de la Bula del Señor Benedicto XIV. y el Escapulario de nuestra Señora de la Merced.

En Mexico en la Oficina de Doña Maria Fernandez de Jauregui, calle de Santo Domingo, año de 1811.

Siendo preciso en nuestras necesi-
dades y trabajos ocurrir á quien l
pueda remediar: nos vémos precisado
en las presentes epidemias que tanto n
afligen, á implorar con todo aliento
confianza la misericordia de Dios, po
medio de sus santos escogidos. Y ha
biendose señalado los santos, que en adel
lante se expresarán, mediante los instru
mentos de que con tanto provecho s
ha usado, y usa entre los católicos; h
procurado una persona deseosa del bien
comun, recopilar en estas pocas hoja
las formas de bendiciones que contie
nen, para que valiéndose de ellas con
la mas viva fé, rueguen á el todo pode-
roso aplaque su justa ira, y nos conce-
da su Santisima gracia, por los dolores
de su purisima Madre.

VALE

BENDICION DEL ESCAPULARIO de nuestra Señora de los DOLORES.

Cruz, Estola y Luz.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine Jesu Christe, qui tegmen nostra mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam bonitatis tuæ abundantiam, ut hoc genus vestimentorum, quod ad in-

no-

nocentiæ, humilitatisque judicium ii memoriam septem Dolorum Beatæ Virginis MARIÆ: nos ferre optamus, ita benedicere ✠ digneris, ut qui illo fuerit indutus Corpori pariter, ac animo induat te Salvatorem nostrum, qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum.

Amen.

ORATIO B. V. DOLOROSÆ

OREMUS.

DEUS in cujus Passione secundum Simeonis prophetiam, &c.

Postea aspergitur Aqua benedicta, & dicitur.

Asperges me hyssopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor.

BEN-

BENDICION DEL AGUA DE N. P. SANTO DOMINGO.

Dentro Reliquia ó Imagen.
Cruz, Estola y Luz.

OSpem miram quam dedisti mortis hora te flentibus; dum post mortem promisisti te profuturum fratribus: imple Pater quod dixisti nos tuis juvans precibus qui tot signis claruisti, in ægrorum corporibus nobis, opem ferens Christi, ægris medere moribus, imple, & gloria & imple, &c.

Immergitur munisma S. P. Dominici.

OREMUS.

BEnedic Domine hanc aquam ut fit remedium salutare generi humano, & per intercessionem B. Domi-

ni-

nici P. N. cujus munima in eam immergitur, præsta ut quicumque ex illa sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam accipiant Per Christum Dominum nostrum

Amen.

℣. Ora pro nobis Beatæ P. N. Dominice.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Condede quæsumus Omnipotens Deus, ut qui peccatorum nostrorum pondere præmimur Beati Dominici Confessoris tui P. N. patrocinio sublevemur. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

BEN-

BENDICION DEL AGUA DE N. P. S. IGNACIO.

Dentro Reliquia ó Imagen.

Cruz, Estola y Luz.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini

℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum

℟. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine Sancte Pater Omnipotens Æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pie-

pietate custodis, ad invocationem tui Nominis benignus assiste, & intercedentibus Beata Virgine MARIA, & Sancto Patre Ignatio famulos tuos ab ægritudine liberatos, & sanitate donatos, dextera tua erigas virtute confirmes, potestate tuearis, aque Ecclesiæ tuæ Sanctæ, cum omni prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum.
Amen

BEnedic Domine ✠ hanc aquam, ut sit remedium Salutare generi humano, & per intercessionem Beatæ Virginis MARIÆ, ac S. Patris Ignatii, cujus (*vel*) Reliquia (*vel*) Imago in eam immergitur, præsta, ut quicumque ex illa sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam

per-

percipiant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

COnfer benignissime Deus per contactum (*vel*) Reliquiæ (*vel*) Imaginis Sancti tui Ignatii, Aquæ huic virtutem sanandi corpus & animam, pellendique omnia, mala ab hoc loco, ejusque incolis. In nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

DEus, qui ad majorem tui Nominis gloriam propagandam novo per Beatum Ignatium subsidio militantem Ecclesiam roborasti, concede, ut ejus auxilio, & imitatione certantes in terris coronari cum ipso mereamur in Cœlis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

BEN.

BENDICION DEL AGUA
DE SAN PEDRO MARTIR.

Dentro Reliquia ó Imagen.
Cruz, Estola y Luz.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti: Adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic aquæ, quod B. Petri Martyris tui, virtute consignamus, virtutem tuæ Bene ✠ dictionis infunde, ut per inventum ejusdem Mar-

Martyris tui, sit fidelibus tuis in remedium salutare Dæmones ab eis ejiciens, morbos, ac infirmitates corporis repelle, & præsta, ut quicumque eam sumpserint, vel ab ea aspersi fuerint, ab omni adversitate animæ, & corporis liberentur, & utriusque hominis recipiant sanitatem.

Per Christum Dominum nostrum Amen.

OREMUS.

IMmensam clementiam tuam Omnipotens æternæ Deus humiliter imploramus: ut hoc fidelis tuos ad Reliquias B. Petri Martyris tui devote accedentes, & ejus suffragia postulantes, tua ineffabile virtute benedicere digneris, ut per interventum ejusdem Martyris tui ab omni ægritudine mentis, & corporis liberati,

tua-

tuaque hic, & ubique misericordiâ custodiri, & gratia salvari, post hujus quoque vitæ, ac vitæ cursum ad æterna mereantur gaudia pervenire. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

BENDICION DEL AGUA DE SAN RAMON NON NATO.

Dentro Reliquia ó Imagen.
Cruz, Estola y Luz.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

FIdelium Deus, Omnium fortitudo, & salus, qui sacrum B. Petri Apos-

Apostoli tui febribus magnis detentam piæ rogationis intuitu perfecte sanasti: sanctificare ✠ & benedicere ✠ digneris creaturam hanc Aquæ in tuo Sanctissimo Nomine, & Confesoris tui Raymundi Non-nati, quem spreto sæculo ad Almæ Genitricis Virginis MARIÆ Religionem vocare dignatus es: concede quæsumus gloriosis ejus meritis, & intercessionibus, ut quicumque febrium vexatione gravantur, per hujus lotionem, vel aspersionem, vel potionem Aquæ á cunctis animæ, & corporis noxis liberentur, atque Ecclesiæ tuæ incolumes repræsentari mereantur, gratiarum tibi actiones in ea jugiter referentes. Qui vivis, & regnas, &c.

ORE-

OREMUS.

BEnedic ✠ Domine meritis Beati Raymundi Nonnati creaturam hanc Aquæ ✠ qui glorioso tuo corpore benedixisti aquas Jordanis, & præsta ut omnes gustantes ex ea, vel eam attingentes; tám corporis, quám animæ recipiant sanitatem. Qui vivis, & regnas, &c.

O Raymundo Nonnate normam mundítiæ puritatis, & continentiæ, ora Matrem misericordiæ, ut in hac valle miseriæ nos defendat ab omni scelere, ut exuti á mortali corpore perfruamur æterna requie.

OREMUS.

COncede quæsumus Omnipotens Deus, ut per virtutem benedictionis hujus Aquæ, & per merita Passio-

sionis Domini nostri Jesu Christi, & per intercessionem B. MARIÆ Virginis, & B. Raymundi Non-nati, & omnium Sanctorum, omnes fideles, qui pié & devoté aquam istam gustaverint, vel attingerint Animæ, & Corporis sanitatem valeant recipere, & in ejus sancto servitio permanere. Per Christum Dominum nostrum. Amén.

OREMUS.

DEUS, qui in liberandis fidelibus tuis ab impiorum captivitate B. Raymundum Non-natum Confessorem tuum mirabilem effecisti, ejus nobis intercessione concede, ut á peccatorum vinculis absoluti, quæ tibi sunt placita liberis mentibus exequamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ORE-

OREMUS.

OMnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei Æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia Majestatis adorare Unitatem: quæsumus ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosæ B. MARIÆ semper Virginis intercessione á præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui letitia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ben

Benedictio Dei Omnipotentis, Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ sancti descendat super has Aquas, & maneat semper Amen.

BENDICION DEL AZEITE DE SAN SERAPIO MARTIR.

Se puede hacer en qualquier Medicinal.

Cruz, Estola y Luz.

℣. Adjutorium nostrum, &c.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

OMnipotens sempiterne Deus totius humani generis pharmacum,

& levamen, qui Salomonem per Sadoc unxisti, & in Davidem Oleo delibutum deinceps per Spiritum tuum benedictionis direxisti, sanctificari ✠ digneris Olei creaturam hanc, quam benedicimus ✠ in nomine strenui tui Athletæ Serapionis almi cujus pro oppressis redimendis liberatum in aëre corpus intestinis rota glomeratis, membratim scissa labefactant frustula, ut ulceribus, fracturis, atque omnigeni doloris gravamine decubentes, hoc ✠ Sancto Oleo perfussi, in ejus, qui incruciatus tot fuit truces perpessus dolores, intervenientibus precibus, & juvamine, lenito vulnere, temporalem sentiant opem, & salutem adipiscatur æternam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

AN-

ANTIPHONA.

SApientiam Athleta nobilis, Scotiæ jubar, ornamentum nostræ Virginis Matris, Christiferæ cohortis signifer, intercede pro nobis ad Dominum, qui in tot dolorum strepitu virtutem tibi contulit, & constantiam.

℣. Ora pro nobis B. Serapion.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

COrda nostra tui amoris igne Jesu Redemptor inflamma, & sicut B. Serapion, pro fidelibus redimendis actus in Crucem te secutus occubuit, ita pia ejus intercessione nullis frangantur adversis & tuæ Crucis semper inhæreamus amplexibus.

Qui vivis, & regnas, &c.

ORE-

OREMUS.

MIserator, & misericors Domine, benedic✠egregiis meritis acervissimæ Passionis neoterici legis gratiæ Machabæi S. Serapionis Martyris tui, & per virtutem tuæ bene✠dictionis sanctifica Oleum istud, qui Aaron, & filios suos piæ unctionis Oleo quondam sanctificasti: quique Sanctis Apostolis tuis multos languentes Olei perfusione medendi virtutem contulisti: præsta, ut quicumque: quovis doloris genere pressi vexentur, in honorem Martyris tui devote per uncti, te adjuvante, corporis nanciscantur solamen, acimentis medelam te opitulante recipiant, us tandem reddita sibi sanitate gratiarum tibi in Ecclesia referant actiones. Per Christum Dñum nostrum. Amen.

Be-

BEnedictio Dei Omnipotentis Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti descendat super hoc Oleum, & maneat semper. Amen.

BENDICION DEL AGUA DE SAN ALBERTO.

Reliquia, ò Imagen.
Cruz, Estola y Luz.

℣. Adjutorium nostrum, &c.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

FIdelium Deus omnium fortitudo, & salus, qui sacrum B. Petri Apostoli tui febribus magnis detentam

tam piæ rogationis intuitu perfecte sanasti, sanctificare, & benedicere digneris creaturam hanc Aquæ in tuo Sanctissimo Nomine, & Reliquias Sanctissimi Confessoris tui Alberti, quem spreto sæculo ad Almæ Genitricis tuæ Virginis MARIÆ Religionem vocare dignatus es: concede quæsumus, ejus gloriosis meritis, & intercessionibus, ut quicumque febrium vexatione gravantur, per hujus semptionem humilem á cunctis animæ, & corporis languoribus liberentur, atque Ecclesiæ tuæ incolumes repræsentasi mereantur gratiarum tibi actiones in ea jugiter referentes.

Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Se mete la Reliquia tres veces en forma de cruz.

Be-

Bene✠dic Domine meritis Sancti Alberti creaturam hanc Aquæ✠ ui glorioso tuo corpore benedixisti quas Jordanis ✠, & præsta ut om- es gustantes ex ea, tam corporis, nam animæ recipiant sanitatem. Qui ivis, & regnas cum Deo Patre in nitate Spiritu Sancti Deus Per om- nia sæcula sæculorum. Amen.

ANTIPHONA.

O Albertæ, norma munditiæ, pu- ritatis, & continentiæ, ora Ma- tem misericordiæ, ut in hac valle iseriæ nos defendat ab omni labe: t exuti mortali corpore, perfrua- ur æterna requie

. Ora pro nobis B. Albertæ

. Ut digni efficiamur promissioni- us Christi.

ORE-

OREMUS.

CONcede quæsumus Omnipotens Deus, ut per virtutem benedictionis hujus Aquæ, & per meritum Passionis Domini nostri Jesu Christi, & per intercessionem Beatæ Mariæ Virginis, Beati Alberti, & omnium Sanctorum, omnes fideles, qui pie & devote aquam istam gustaverint animæ, & corporis sanitatem valeant recipere, & in tuo sancto servitio permanere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

BENDICION DEL AGUA
DE SANTA ROSALIA.
Reliquia ó Imagen.

Cruz, Estola y Luz.

℣. Adjutorium nostrum, &c.

℟. Qui fecit Cœlum, & terram,

℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & usque in sæculum
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui ad salutem humani generis, maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris & Elemento huic, cui Iconem S. V. ac dilectissimæ Sponsæ tuæ Rosaliæ jam infundo, ea intercedente virtutem tuæ benedi✠ctionis pariter infunde, ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos Dæmones morbosque pellendos, misericordiæ tuæ sumat effectum, & ut quid-

quid

quid ægris corporibus hæc unda resperserit liberetur ab omnibus malis, non illic resideat spiritus pestilens, non aurea corrumpens, non morbus (N.) Discedant omnes insidiæ latentis inimici, & si quid est, quod incolumitati habitantium invidet, aut quieti, sumptione hujus Aquæ effugiat, ut salubritas per intercessionem S. V. tuæ Rosaliæ expetita ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

BEnedic ✠ Domine hanc aquam ut sit remedium salutare generi humano, & per intercessionem S. V. tuæ Rosaliæ, præsta ut quicumque ex illa sumpserit corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ORA-

ORATIO PRO S. ROSALIA.

DEUS, qui B. Rosaliam Virgenem, é regalibus mundi delitis montium solitudinem transtulisti: præsta quæsumus, ut ejus meritis, patrocinio, á sæculi voluptatibus cœlestium amorem transferamur, ab iracundiæ tuæ flagelis misericordiæ liberemur. Per Dominum nostrum. Amen.

In nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ Sancti.

BENDICION

De los Cordones de S. Bias Obispo. En su dia ó como la necesidad lo pidiere.

Cruz Estola y Luz.

℣. Adjutorium nostrum, &c.

℟. Dominus vobiscum, &c.

ORE-

ORÆMUS.

DOmine Sancte, Pater Omnipotens æterne Deus, per partum Beatisimæ Virginis Mariæ, & per intercessionem Servi tui Blasii Martyris tui, atque Pontificis, & omnium Sanctorum, bene✠dicere digneris hos funiculos tua sancta spirituali benedictione: ut sint omnibus sumentibus salus mentis, & corporis, atque contra omnes morbos, & universas inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, Panem vitæ, qui de Cœlo descendit, & dat vitam, & salutem mundo: qui tecum, & cum Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus in sæcula sæculorum.

Amen.

Be-

BEnedictio Dei Patris ✠ Omnipotentis, & Filii ✠, & Spiritus ✠ Sancti descendat, & maneat semper hoc Funiculos. Amen.

Agua bendita.

BENDICION

Para qualquiera Comida, Bebida, ó Medicina.

℣. Adjutorium nostrum, &c.
℣. Dominus vobiscum, &c.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

BEnedíc ✠ Domine creaturam istam (N.) benedictione sancta tua: & corporis & contra omnes morbos, atque universas insidias inimicorum tutamen, & salutare remedium tantamque virtutem, per signaculum Sanc-

Sanctæ Crucis recipiant: ut omnes infirmitates sanet, spiritus malignos repellat, maleficiaque omnia dissolvat. Per Christum, &c.

BENDICION
de las Candelas de Bien morir.

Teniendolas encendidas en la mano en aquella hora, y encomendandose á la Santisima Virgen MARIA, con la boca, ó con el corazon, gana Indulgencia plenaria de todos sus pecados el moribundo, por concesion de San Pio V. y de Alexandro VI. Solo pueden bendecirlas los Prelados de los Ordenes Mendicantes: guardase su original en el Convento de Santo Domingo de Mexico. (P. Betanc. en su Manual.)

Cruz,

℣. Adjutorium nostrum, &c.
℣. Domine exaudi, &c.
℣. Dominum vobiscum, &c.

OREMUS.

DOmine Jesu Christe lux vera, qui illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, obsecramus immensam clementiam tuam, ut has candelas, quas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti, benedicas, ✠ & sanctificas, ✠ talemque benedictionem signaculo Crucis accidiant, ut quicumque aliquam earum hora mortis accensam in manu tenuerit, & Gloriosæ Virginis Mariæ Genitrici tuæ se commendaverit, saltem corde, si ore non potuerit, plenariam omnium peccatorum suorum in-

indulgentiam, & remissionem consequatur: Discedant ergó ab hoc loco in quo accensa fuerit omnes Principes tenebrarum, contremiscant, & fugiant cum satelibus suis: Nec præsumant amplius molestare servos tuos ægritudine laborantes, & auxilium gloriosissimæ Virginis Mariæ Matris tuæ invocantes: quatenus post hujus sæculi caliginosa discrimina ad te Deum verum, lumen indeficiens, splendore gratiæ tuæ illuminari, valeant pervenire. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, &c.

Agua bendita.

ABSOLUCION DE LA BULA.

Misereatur tui, &c. Indulgentiam, &c. Auctoritate Dei Omnipotentis, & Beatorum Apostolorum ejus

ius Petri & Pauli, & Sanctæ Roma-
æ Ecclesiæ tibi specialiter concessa,
& mihi commissa, ego te absolvo ab
omni sententia Excommunicationis
majoris vel minoris, suspensionis in-
terdicti á jure, vel ab homine, & ab
omnibus aliis quibuscumque pœnis
vel censuris, in quibus quacumque
causa incurreris, quamvis earum ab-
solutio sit reservata Sanctæ Sedi Apos-
tolicæ, ita ut tibi per Bullam Sanctæ
Cruciatæ conceditur, & restituo te
unioni & Congregatione Fidelium.

Item, eadem auctoritate ego te absolvo ab omnibus pecatis tuis, etiam quamtumvis reservatis, & concedo tibi Indulgentiam plenariam & remissionem omnium peccatorum, de quibus nunc, vel aliquo tempore, confessus es, & ab illis quæ ignoras-

 ti,

ti, aut oblitus fuisti, & absolvo te á pœnis Purgatorii: in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Quod si hac vice non discesserit reservo tibi hanc gratiam usque ad extremum mortis tuæ articulum.

Estas ultimas palabras: Quod si hac vice, &c. *solo se dicen quando se da esta Absolucion en la hora de la muerte, y se omite en decirla quando se da por la una vez en la vida.*

ABSOLUCION
DE N. SSMO. P. BENEDICTO XIV.

Modus.

A Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XIV. approbatus opportunitate temporis observandus, ut infra in Rubricis notatur, ad impertien-

tiendam Benedictionem in articulo mortis constitutis ab his, qui facultatem habent á Sede Apostolica delegatam.

HÆC Benedictio, quæ solet impertiri post Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ & Extremæ-Unctionis, illis infirmis, qui vel illam petierint, seu vero similiter pettisent, vel dederit signa contritionis impertienda eisdem est etiam si postea linguæ cæterorumque sensum usum, sint destituti, aut indelirium vel amentium inciderit. Excommunicatis verò impœnitentibus, qui in manifesto peccato mortali moriuntur est omnino deneganda.

Habens prædictam facultatem ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat; *Pax huic domui, &c.*

hac

hac deinde ægrotum, cubiculum, & circunstantes aspergat aqua benedicta, dicendo Antiphonam: *Asperges me, &c.*

Quod si ægrotus voluerit confiteri audiat illud, & absolvat; si confessionem non petat, exitet illum ad eliciendum actum contritionis de hujus benedictionis efficacia, ac virtute si tempus ferat, breviter odmoneat. Postea dicat:

℣. Adjutorium nostrum, &c.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

ANTIPHONA.

NE reminiscaris Domine delicta famuli (vel Ancillæ tuæ) neque vindictam sumas de peccatis ejus. Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie

rie eleyson. Pater noster, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

℣. Salvum fac servum tuum (vel ancillam tuam, & sic deinceps.)

℟. Deus meus sperantem in te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

CLementissime Deus, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem, atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum tuum (N.) quem tibi, vera fides & spes christiana, commendat. Visita eum in

lu-

salutari tuo, & per Unigeniti tui Passionem, & Mortem omnium ei delictorum suorum remissionem, & veniam clementer indulge, & ejus anima in hora exitus sui Judicem propitium inveniat, & in Sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula obluta transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Tum dicto ab uno ex Clericis adstantibus *Confiteor*, &c. Sacerdos dicat *Misereatur*, &c. deinde.

DOminus noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui B. Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi per suam amplissimam misericordiam recipiat confessionem

nem tuam, & restituat tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti, & ego facultate mihi ac Apostolica Sede tributa Indulgentiam plenariam, & remissionem omnium peccatorum tibi concedo in nomine Patris, &c.

Per sacrosancta humanæ reparationis mysteria, remittat tibi Omnipotens Deus omnes præsentis, & futuræ vitæ Pœnas, paradysi portas aperiat, & ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Absolvat te Omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritu Sanctus.

Si verò infirmus sit adeò morti proximus, ut neque Confessionis generalis facienda, neque præmissorum precum recitandarum tempus sup-

suppetat, statim Sacerdos benedictionem ei impertiatur.

FORMA DE LA ABSOLUCION para los Hermanos del Santo Escapulario de la Santísima Virgen MARIA de la Merced, para la hora de la muerte.

El Rmo. P. Mtro. General Fr. José de Mezquia, deseoso del mayor bien y consuelo de las Almas, dá comision á qualquier Sacerdote, para que en los casos de no hallarse presente Religioso Presbitero de la Merced, use de la mencionada Formula.

Dicha la Confesion: Misereatur, &c. Indulgentiam, &c. *Proseguirá el Sacerdote la inmediata for-*

forma: Dominus noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam te absolvat, & ego auctoritate Apostolica Confratribus, & Consororibus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum ejusdem Ordinis Sacrum Scapularium ferentibus in articulo mortis constitutis indulta, & speciali gratia concesa, mihi commissa à Sanctissimo Domino Nostro Alexandro IV. & aliis Summis Pontificibus, & ab Innocentio XI. confirmata: absolvo te ab omnibus excommunicationibus, & vinculis interdicti, si teneris, in quantum possum, & tu indiges, & restituo te Sacrosanctis Sacramentis Ecclesiæ, Communioni, & unitati Fidelium.

cho, se escusan tambien las palabras del ultimo Parentesis (P. Miguel Benegas, en su Manual de Parroc. P. 384.)

OREMUS.

DOmine Jesu-Christe, seminator & inspirator religiosi propositi, qui indumentum nostræ carnis pro salute humani generis suscipere voluisti, & in præsepio vilibus pœnis involvi non horruisti: respice propitius ad preces humilitatis nostræ, & hanc religiosam vestem, [& chordam S. Francisci] bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris: & concede, ut quicumque ad involvendum suum corpus in morte illam tulerint, vel petierit remissionem peccatorum (super Summos Pontifices Ecclesiæ tuæ con-

ces-

bam) assequatur. Qui vivis, & nas in sæcula sæcu lorum. Amẽn.

Se rocia con Agua benditta.

NOTA.

LA Religion Antonina tiene tam- bien Bendiciones especiales pa- Enfermos, por Privilegios de su den, las que (en honra de su Glo- oso Protector, y Patriárca San ntonio Abad, especial Abogado de Peste, y fuego) practican en todo Orbe Christiano los Religiosos de icha Orden, con otras especiales, ue tambien usan para medicina es- iritual, y corporal de los Fieles, uales son las del Vino (vulgarmen- llamado Santo) y Panecillos: Y stas no se ponen aquí por ser pecu- liares

lares á los Religiosos de dicha Orden Quien tuviere necesidad occurra á ellos para su socorro, y alivio, los que (como Hospitalarios) aplicarán, estas Santas medicinas, y su Patriarca Santísimo confertrá la salud mas conveniente.

ORACION
A N. Padre Santo Domingo contra las calenturas.

JESUS MARIÆ Filius sit tibi salus, clemens, & propitius. Christus ✠ vincit. Christus ✠ regnat. Christus ✠ imperat. Christus ✠ ab omni febre, & malo te defendat. Pater ✠ est pax. Filius ✠ est vita. Spiritus ✠ Sanctus est remedium salutis ✠ Fiat,

fit,

it, fiat. ✠ Fiat tibi sicut vis Jesus Nazarenus Rex Judæorum te sanet. Jesus Christus Spinis coronatus. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogaverunt illum pro ea, & dimissit eam febris JESUS, JESUS, JESUS, Dominus noster Jesus Christus, qui te traxit ad Fidem Catholicam te in ea conservet, & sanet, & beatum faciat, & liberet te ab hac infirmitate, & doloribus, meritis Beatisimæ Virginis Mariæ & omnium Sanctorum,

& Sanctarum Dei. Amén.

℟. Benedictus Redemptor omnium, qui saluti providens hominum, mundo dedit Sanctum Dominicum.

℣. O Beatæ Pater Dominice, qui tot signis claruisti in ægrorum corporibus nobis opem ferens Christis, ægris

ægris medere moribus, imple Pater, quod dixisti, nos tui juvans precibus,

℣. Ora pro nobis Beatæ P. N. Dominice.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORAMUS.

COncede quæsumus Omnipotens Deus, ut qui peccatorum nostrorum pondere præmimur Beati Dominici Confessoris tui Patris nostri patrocinio sublevemur. Per Jesum Christum Dominum nostrum. Améa.

La ha de leér un Sacerdote.

ORA-

ORACION

L GLORIOSO P. SANTO DOMINGO, ue ha de decir el qne recibe su cedula de calenturas.

GLoriosísimo Padre, y abogado mio Santo Domingo, yo os frezco humildemente tres Padrnuestros, para que por mí los presenteis à a Santísima Trinidad, suplicando á u divina clemencia, y misericordia, por los merecimientos de nuestro Señor, y Redentor Jesuchristo, Dios, y Hombre verdadero, se sirva de perdonarme mis pecados, y darme gracia para hacer penitencia, y enmendarme de ellos, y si es su divina voluntad, me dé salud, y me ibre de estas calenturas, y de todas nis enfermedades espirituales, y sor-

porales. Y asimismo os ofrezco tres Avemarias, para que las presenteis á la Reyna de los Angeles, Señora, y abogada nuestra, suplicandola por sus santísimos meritos, y por los misterios de su Santo rosario, que interceda por mi con el Padre como Hija, con el Hijo como Madre y como Esposa con el Espiritu Santo. Y porque soy tan gran pecador, que no merecen ser oídas mis oraciones, os suplico, Padre abogado mio, las adorneis, y ayudeis con vuestra intercesion, y merecimientos, para que así sean piadosamente recibidas, y mis deseos cumplídos, alcanzandome en esta vida salud para el cuerpo, y alma, y despues de ella la gloria.

Amen.

MQ.

MODO

de aplicar al moribundo la Indulgencia Plenaria de la Bula, Cuento, ó Medalla, &c.

Habiendolo exôrtado á un Acto de Contricion, y si es posiblé, reconciliandolo, dirá el Sacerdote.

Misereatur tui Omnipotens Deus, &c. Indulgentiam absolutionem, &c. Authoritate Domini nostri Jesu-Christi fungor concedo tibi omnes Indulgentiam peccatorum tuorum plenariam, quam Summus Pontifex tibi indulsit in Bulla Sanctæ Cruciatæ, aut tali Cruci, grano, sivi imagini, &c. concessit. Quod si forte nunc ex hac vita non decesseris, reservo tibi hanc gratiam pro hora mortis tuæ, in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti.

Amén.

EXOR-

EXORCISMO,

Y EVANGELIOS

DE

Sr. SAN JOSÉ.

JESUS MARIA Y JOSE.

EXôrcismo breve con que podrá ahuyentar los Demonios el agonizante que asistiere á los moribundos, mediante la intercesion del Patriarca Sr S. José, que tiene este privilegio particular, concedido de Dios para ayudar á sus devotos en la hora de la muerte: El Sacerdote le hará con gran fe y devocion, habiendo primeramente invocado su ayuda, é intercesion para con Dios, y con eso conseguir mejor lo que desea.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, et Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

SEQUENTIA SANCTI Evangelii secundum Matthæum.

IN illo tempore: cum esset desponsata Mater JESU, MARIA, JOSE, antequam convenirent, inventa est in autero habens de Spiritu-Sancto. JOSE, utem vir ejus, cum esset justus, & nollet eam traducere voluit ,occulté dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini in somnis apparuit ei, dicens: JOSE Fili David, nolli timere accipere MARIAM Conjugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu-Sancto

Sancto est. Pariet autem Filium, & vocavis nomen ejus JESUM. ipse enim salvum faciet populum suum á peccatis eorum. ℟. Laus tibi &c.

Dicho esto echará Agua bendita por todo el aposento, diciendo: Exurgat Deus, & disipentur inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum á facie ejus. Sicut deficit sumus deficiant, sicut fluit cera á facie ignis, sic pereant peccatores á facie Dei, & justi epulentur, & exultent in conspectu Dei, &c.

SEQUENTIA SANCTI Evangelii secumdum Lucam.

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel á Deo in Civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desposatam viro, cui nomen erat JOSEPH, de domo David, & nomen Virginis MARIÆ. Et ingres-

sus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset, ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim Gratiam apud Deum: Ecce concibis in utero et paries filium et vocabis Nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimus vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus: & regnabit in Domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbravit tibi, ideóque, & quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei Et ecce Elisabeth, cognate tua, & ipsa concepit Filium in senectute sua: & hic Mensis sextus est illi, quæ vo-

catur sterillis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum Dixit autem Maria: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Y animando al paciente á la devocion del Patriarca Sr. S. José, y dandole á entender el privilegio que este Glorioso Santo tiene de auyentar los Demonios en aquella hora, para que no tienten á sus devotos; le dirá le invoque, y le roze muy de corazon muchas veces alguna cosa; si estuviere para ello, y si no que le invoque con el corazon: y en el interin proseguira el Agonizante su Conjuro ó Exôrcismo en la forma siguiente.

EN el nombre de la Santísima Trinidad, Padre, Hijo, y Espiritu Santo, tres Personas distintas, y un solo Dios verdadero, y debajo de su ira é indignacion. En el nombre de

Jesu-

Jesuchristo su único Hijo, y debajo de su ira é indignacion En el nombre del Santísimo Sacramento del Altar, y debajo de su ira é indignacion. En el nombre de Maria Santísima y de todos sus misterios, y en especial de su Purisima Concepcion, y debajo de su ira é indignacion. En el nombre de todos los Santos y Santas del Cielo, y debajo de su ira é indignacion, y debajo de todas las penas, censuras, maldiciones, iras é indignaciones, que todos los Exorcistas del Mundo suelen poner, y con lo que la Omnipotencia de Dios los puede castigar conjuro, notifico y mando á todos los Demonio del nfierno, desde Lucifer hasta el mas mínimo, de qualquier grado, calidad y condicion que sean, especialmente aquellos que están destinados para tentar é inquietar á este enfermo ó enferma, que luego al punto sin dilacion alguna salgan de este aposento.

SEQUENTIA SANCTI Evangelii secundum Marcum.

IN illo tempore: Recumbentibus undecim Discipulis suis, apparuit illis Jesus & exprobavit incredulitatem eorum, & duritiam cordis; quia his, qui viderant eum resurrexisse crediderunt, & dixit eis, euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur, in nomine meo Dæmonia ejicient, linguis loquentur nobis, Serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Super ægros manus imponent, & bene habebunt Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis assumptus est in Cœlum, & sedet á dextris Dei illi autem profecti prædicaverunt ubique: Domino

COO-

perante, & sermonem confirmante quentibus signis.

R. Laus tibi Christe.

Per Evangelica dicta deleantur stra delicta. & fugiant omnes Dæmones ab hoc cubiculo modo á me is, notificato Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SEQUENTIA SANCTI Evangelii secundum Joannem.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: sine ipsum factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus á Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimo-

timonium, ut testimonium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. in propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt: ET VERBUM CARO FACTUM EST, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam quasi Unigeniti á Patre, plenum, gratiæ, & veritatis.

℟. Laus tibi Christe.

Per Evangelica dicta, ut supra.

Di-

Dios te salve Virgen Santísimo JOSE, Padre estimativo de Dios Hijo. Dios te salve Santísimo JOSE, Esposo de MARIA Santísima Virgen, y Madre de Dios. Dios te salve Virgen Santísimo JOSE, Templo, y Custodia de la Santísima TRINIDAD.

℣. Ora pro nobis Beate JOSE.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meriti, adjuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis, & regnas, &c.

Y concluyendo echando Agua bendita, diciendo: Exurgat Deus, & ut supra. *y dexando en su vigor y fuerza las Penas, y Censuras antepuestas, será bueno repetir muchas veces el dicho Conjuro.*

Encargase á todos los Señores Sacerdotes tengan y traigan consigo este conjuro, pues se han visto por medio de él, y por el Glorioso Patriárca Sr. S JOSE, grandes exemplares en aquella ultima hora.

LAUS DEO.